

Ac. 122

DISSESSATIO IVRIDICA IN AVGVRALIS
DE
FORO ADMINISTRATIONIS
ET QVATENVS ADMINISTRATOR
FORVM ORDINARIVM DECLINARE QVEAT

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO

DOMINO FRIDERICO III
HASSIAE LANDGRAVIO REGNANTE PRINCIPI
HERSFELDÆ, COMITE CATTIMELIBOCI, DECIAE,
ZIEGENHAYNAE, NIDDAE, SCHAVMBVRGI
ET HANOVIAE RELIQA

IN VNIVERSITATE LITTERARIA MARBURGENSI
AVCTORITATE ET CONSENSV
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
PRO GRADV DOCTORIS
T SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
RITE CONSEQUENDI

DIE V MENSIS MAII A. R. S. C¹3¹0 CCLXVIII
PVBLICE ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

DIDERICVS SCHVMACHER
BREMA SAXO.

A decorative horizontal border consisting of a repeating pattern of stylized, symmetrical motifs. Each motif appears to be a combination of a small circle at the top and a larger, more complex shape below it, possibly representing a stylized flower or leaf. The pattern is rendered in a dark, muted color against a lighter background.

MARBVRGI CATTORVM
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA MÜLLERIANA

DISSERTATIO IUDICIO INAUDITARUM
DE
HERO ADMINISTRATOR
ET PRAESES DMINISTRATOR
FORVM ORIGINVM DECIMAE QVAT
GAY
RECOGNITIONE MENTIONE CENSISIMO
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI
AC DOMINA
DOMINO HERDERICO II
HABENTE LANGUADO REGNANTE PRINCIPI
HERREBVRG COMITE CATTHMEO DHEAR
SIGILLIAYNE HEDDE SCHAUMLAGI
ET HANOVERE HERRE
IN ANARCHIA ELLERIA MARBURGENSI
AEGTORITATE ET CONSENTE
ILLUSTRIS VIRECONDIVORVM ORDINES
PRO EKSA DOCTORIS
ET SUMMO IN VIRTUOSAS LVR HONORES
RITA CONFUGENDI
ME A MEXICO HABEAKA
PATER EKADITIONVM EXAMINANTES
DIDACTICVS SCHULACHER
BRUNNEN

MATRATZ GASTROW
EX OLLICINA TUTCHERIANA MULIERIANA

PROOEMIVM.

CVM in dissertatione conscribenda, pro more acade-
mico ad summos in utroque iure honores obtinen-
dos, thema aliquod eligere in animo haberem, quod vi-
res ingenii mei non superaret. Placuit miki p[re]ae omni-
bus aliis hoc, quod Tibi B. L. offert disputationis in-
scriptio. Taxanda et emendanda quidem multa inue-
nies, quae vel non apprime competita, vel stilo non
plane eleganti conscripta sunt; sed homines sumus, hu-
manique nihil a nobis alienum esse fatemur. Nec pri-
ma iuuenis specimina ita sunt elaborata, ac si a viro
experientia edocto, reru[m]que forensium gnaro conscripta
essent. Haec in academiis litterariis, in quibus funda-
menta a legum cultoribus praecipue ponuntur, quo ii po-
stea solidiorem rerum notitiam consequantur, non ad-
disci, tibi ipsi B. L. erit notum.

Naeuos, quaeque ob iuuenilem forsan dicendi li-
centiam posita sunt, beneuolo animo suscipias, est, quod

A

rogo.

CAELIA

M * * R

rogo. Quod ad tractationem ipsam attinet, confiteor:
TE in ea noua quidem non inuenire; sed tantum cu-
rae mihi fuit, ut veritates vndeque dispersas, quantum
temporis ratio permisit, colligerem, atque eorum senten-
tias praeferrem, quae mihi, tum cum analogia iuris,
tum cum usu fori quam optime conuenire visae sunt.
TV interim B. L. faue ac primum laborum meorum
exiguum specimen, tuo fauori commendatum
habeas.

mutata pars .I .A .igit idem .inj

A

CAPUT



CAPV T I

CONTINENS MELETEMATA
QVAEDAM DE FORO.

§ I

ORIGO VOCIS FORI.

FORVM nomen sortitur, non a ferendo, vt VAR-
RO opinatur a), qua litigantes, mercatorum in-
star, suas controuerfias deferunt ac publice ex-
ponunt, nec a Foroneo Rege primo Graeciae legisla-
tore

A 2

4 CAP. I CONTINENS MELETEMATA

tore b); sed potius a fando, dicitur, quia olim res litigiosae oretenus in foro disceptabantur, locusque ille praecipue eo nomine insigniebatur, vbi publice sermones ad populum fiebant, c). Quod vero vim huius vocis attinet, haec in iure triplici modo occurrit, et quidem 1) pro loco, vbi excentur commercia rerum vendendarum emendarumque d); 2) pro territorio iudicis, intra quod iurisdictione sua virtutur e); 3) pro loco, vbi ius redditur et litigantium desideria debito modo et ordine exponuntur. Me vero non monente, unusquisque videbit: posteriori significatu vocem hanc sumi.

- | | |
|---------------------------------|--|
| a) Lib. IV de ling. lat. add. | d) REYHER in thesauro iuriſ locuplet. p. 941, n. 59. |
| IAC. MAESTERTII tract. il- | MAR. NIZOLIVS in thes. Ci- |
| lustr. iur. mater. Lugd. Batav. | cicer. sub voce: <i>forum</i> . |
| CIOCLVII, 4to, p. 176 sq. | |
| b) cap. 10, X de V. S. | |
| c) DION. HALICARN. L. | e) L. PUPILLVS 239 § ter- |
| III p. 200. | itorium π. de V. S. |

§ II

EIVS DEFINITIO.

Definitur forum, quod sit locus exercendarum dirimendarumque litium a); Ab aliis additur: necessario a litigantibus adestans b); sed hoc ea ex ratione superfluum esse existimo, quoniam nemo regulari modo ad agendum compellitur, ideoque, si quis rem in iudicio deducere e re sua videt, aeat locum litibus dirimendis destinatum, necesse est.

- a) C. IO X. de V. S. 10. Antecessoris iuris, dum viue. ORTWIN WESTENBERGII, ret, in Vniuersitate academica

mica Lugduno-Batava, longe celeberrimi, in principiis iuris secundum Ord. digesta. L. V tit. I § 73, p. 150.
b) STRAVCH diss. 21, th. 13.

S III EIVS DISTINCTIONES.

Hoc forum in competens a) et incompetens a Doctoribus distinguitur, et prius definimus: quod sit locus, vbi auctor secundum iuris praescripta reum conuenire debet, siue in rem, siue in personam agat b); posterius vero, vbi absque horum praceptorum euersione, ac praescriptorum corruptione, reus conueniri nequit, quodque exceptione fori incompetentis declinari potest; quod si vero haec non attenditur; sed aliquid legibus contrarium actum fuerit, hoc nullitatis vitio laborat c). Forum autem quis sortitur, modo secundum pracepta iuris communis, modo contemplatione eius exemptione gaudet. Priori casu forum dicitur commune, posteriori priuilegium. Forum commune Doctores iterum diuidi solent, in generale, in quo omnes causae, quaeque etiam sint, disceptari possunt, et speciale, quod solum supponit: causam aliquam specialem, ob quam reus ibi conueniri potest. Sed non immoramus his distinctionibus, earumque subdivisionibus, cum scopo nostro parum inferuant.

a) Auctores, qui de foro competente scripsierunt, inuenies in *bibliotheca iuris Lipsiana* voce: *fori*.

b) Perill. L. B. DE CRAMER de iurisdictione prorogata in

opusc. T. II, opusc. 29, p. 600 seqq.

c) Vir Magnificus ac Perillstris, huius academiae litterariae Procancelarius, Fautor ac Praceptor pie colendus:

A 3

6 CAP. I CONTINENS MELETEMATA

dus: 10. GE. ESTOR in dem urthel und bescheide § 4 p.
unterrichte von abfassung der 12.

§ IIII

VNDE DIVISIONES ORIGINEM HABEANT?

Hae diuisiones originem suam trahunt, vel ab obiecto, vel a caussa, tum ex iure communi, tum singulare, modo ex caussa licita, modo illicita, vti inter omnes constat, adeoque ampliori indagatione non egent.

§ V

COMMVNIA QVAE FORA INTER SE HABENT
ET PROPRIA.

Ex definitione, quod forum sit locus rerum exercendarum dirimendarumque destinatus (§ II), satis patet: commune, in quo omnia fora conspirant, esse, quod ea ad caussas forenses excercendas, litesque dirimendas sint destinata. Sed propria quoque habent, quod nempe in alio foro omnes actiones, tum reales, quam personales; in alio solummodo reales, aut personales deduci possint; quod in alio res solummodo, quae ad ecclesiam spectant, in alio res seculares tractari debeant. Vnde caussa vel ecclesiastica, vel saecularis est.

§ VI

PROPRIA VENIVNT AVT RESPECTV PERSONAE,

Ex obiecto aut personae, aut caussae gratia fora propria veniunt, vt alia obiecta silentio praetermittantur; solum-

solummodo respiciamus personas miserabiles, quae modo auctorum, modo reorum sustinent vices. Si auctores sunt, omissa prima instantia, statim ad suprema tribunalia, res suas deferre queunt a). Loquor autem hic de effatis iuris romani; verum enim uero hanc sanctionem in summis Imperii R. G. tribunalibus intuitu ordinum Imperii eorumque iudiciorum esse exulem notum est; ob priuilegium de non euocando statibus Imperii indultum, contemplatione ciuium eis obnoxiorum, qui non statim ad suprema Imperii iudicia prouocare possunt b). Praeterea clerici, professores, ciues academicci, milites, ministri Principum toro priuilegiato gaudent.

a) L. vlt. C. quando Imperator. gibus abrogatis, ORDO IVD. CAM. P. II tit. I, § 2.

b) GROENE WEGEN de le.

§ VII

AVT CAVSSAE EIVSQUE INDOLIS.

Quod ad cauſſas vero ſpectat, quis ignorat ob eas aliquem ſpeciale forum quandoque ſortiri poſſe? quamuis vna cauſſa pree alia, ſecundum regulam, maiorem non requirat attentionem; niſi leges illam conſtituant, aut Princeps eam veſit. Vnde patet: habere ſuas exceptiones hanc regulam. Huc, pree ceteris, ſpectat admiſtratio geſta.

§ VIII

DE CAVSSA ADMINISTRATIONIS GESTAE.

Cauſſa igitur administrationis, maiorem attentionem meretur, quam alia (§ VII). Ex antecedentibus iam de ductis

du&tit patet: quod quis ob caussam quandam singularem in foro singulari conueniri debeat. Ex quo concludimus: administrationem, inter eas caussas esse referendam, quae accuratam inspectionem exigunt. Mei hic non est: omnes caussas, quae sub administrationis nomine veniunt, enarrare; sed hoc in sequente capite fiet; licet tamen paucis tantum ostendere, administrationem tamē esse caussam, ad quam diiudicandam singularis atque accurata requiritur inspectio.

§ VIII

PRAECEDENS TESIS ENCLEATVR.

Omnibus patet circumspetis: negotia, quae tum ad res publicas, tum ad minores, pupilosque, tum ad caussas communes spe&tant, nemini committi, nisi ei, de cuius dexteritate sumus persuasi, et de quo certo speramus, eum boni patrisfamilias instar, res eas, tanquam suas, gesturum esse. Hinc infames, suspectique merito ab administratione arcentur. Scimus praeterea: homines adeo peruersos esse, ut auri fames ad male agendum pelliciat. Ipsa experientia docet: homines saepenumero adeo negligentes esse, qui ne suas quidem res, nedum alienas, bene curant; sed peruerso omnia fato relinquunt. Si corda scrutari valeremus, et errare ab homine alienum esset, certe has ad administrandas res non adhiberemus. Sed primum soli Deo relinquere debemus; secundum vero a primis parentibus propagatum est; salus tamen publica exigit, ut bonorum administratio exacte fiat, vel pupillorum utilitas postulat: ne bona eorum male administrando dilapidentur; sit etiam complexus rerum com-

communium, modo hereditas, modo alia vniuersitas, non propria. Vtilitas autem non aequa ad administratores, quam ad alios, redundari debet; vt vero huic malo fordi-
dae cupidinis occurratur, reddendae sunt rationes, inuen-
tariumque est conficiendum. Nonne hic accurata requi-
ritur inspectio, ac singularis, ne quid fiat, quo turbari
possit res publica?

§. X

CVR ADMINISTRATIO SPECIALI FORO SVBSIT?

Eam ob cauissam optime leges cognitionem rerum, quae in administrationem alienam veniunt, singulari foro demandarunt, quod nomen a rebus fortitum administra-
tionis forum dicitur a). In hoc administrator rerum ge-
starum rationem reddere tenetur, et se contra quasi pu-
blicas accusationes defendere debet b). Vnde liquet:
forum administrationis esse constitutum: vt administrato-
res ad negotium bene gerendum adigerentur, atque optimo cognosceretur: dolusne, an culpa ab eis sit com-
missa? Male meo quidem iudicio illi agere mihi viden-
tur, qui administratorem hoc forum declinare posse con-
tendunt; ad quorum tamen opinionem refellendam cap.
IV, omnes intendam neruos.

a) L. 4 C. de iurisdic.

b) arg. L. 54 § 1 D. de proc.

§ XI

QVALE SIT FORVM DICTVM?

Ex legibus igitur probatum est: existere forum ad-
ministrationis, cui accedit consensus doctorum. Videau-
mus

B

mus

10 CAP. I CONTINENS MELETEMATA

mus nunc: quale sit forum illud? Vario modo eruditio de foro administrationis commentati sunt; sed quale sit? Doctores, qui huius fori mentionem in scriptis suis faciunt, dissentunt. Sunt, qui illud inter fora numerant priuilegiata a); sunt: qui ad specialia referunt b); sunt quoque: p qui illud speciem fori contractus habent c). Ut subterfugiam reticendo eos, qui ad communia iudicia forum administrationis referunt. Non diffiteor quidem: veritati eorum sententiam primo obtutu videri consentaneam, qui inter iudicia priuilegiata illud posse non dubitant; quod si vero primum principium iuris contemplamur, quod nulla caussa, neque persona, quae non priuilegiata est, spectet ad forum priuilegiatum, inde patet: caussam administrationis per se ad priuilegiatum forum non pertinere. Non nego quidem, quod pupillus sit persona priuilegiata, qui secundum legem citatam d) tam ad primam instantiam provocare possit, indeque inter miserabiles personas referatur; sed hoc nego, quod ideo tutor, vel curator, praeter administrationem, speciali foro subsit. Et quid dicamus: si de re communi, vel hereditate quaestio est? Ibi socius, vel heres non persona priuilegiata est. Nec absconam, uti S L E V O G T I O videtur, habeo opinionem: quod caussa administrationis inter species fori contractus ponit possit. Afferro solummodo: quod expediti iuris mihi videatur, ut antea dictum est: diuisiones fori, et quae praecipue, quoad caussas, factae sunt, a legislatoribus ea mente ordinatas esse: ut eo melius res cognoscerentur, diiudicarenturque.

a) Nobis

- a) Nob. de BERGER in oeconomia iuris L. IV, Tit. IV § 3. dit. ed. 7. specim. 74.
 b) SLEVOGT in diss. de foro gestae administrationis.
 c) de LEYSER Vol. II, me-

dit. ed. 7. specim. 74.

d) L. vlt. C. quand. Imp.

§ XII

EST SPECIES FORI CONTRACTVS.

Mihi igitur inconcinnum non videtur, illis assentiri: qui hanc causam speciem quādam fori contractus habent. Cum enim administratio est species contractus, vel quasi contractus, quare non et forum, quod nomen nanciscitur a causa, esse potest species fori contractus? Hoc quidem cum SLEVOGTO a) non nego, potius contendō, forum hoc singulare aliquid prae aliis habere, praecipue prae foro contractus, quod vterque tum administrator, et administrationem mandans, ibi conueniri queant; sed hoc singulare non ex priuilegio, verum ex causa in praecedentibus allegata fluit; quia administratio gesta singularem requirit cognitionem, quam apud eum iudicem accuratiorem esse affirmauimus, apud quem forum administrationis est, quam in alio.

- a) iam cit. dissert. cap. I § 6.

§ XIII

COMMUNIA QVAE CVM FORO CONTRACTVS HABET ET PROPRIA.

Communia, quae forum administrationis cum foro contractus habet in eo fere sita sunt, quod nempe, ut in foro contractus reus ad implendum contractum et culparum praestandam, obligatus fit, quando in eo deprehenditur; sic et administrator in eo ad rationes reddendas,

das, et ad culpam ex male gesta administratione, teneatur. Propria vero habentur: quod reus, modo sit praesens, modo absens, ibi respondere debeat, nec in auctoris arbitrio positum est, vtrum reum ibi, an in foro domicilii conuenire velit. De quo in sequentibus; dum e contrario in foro contractus ab auctoris voluntate pendet: velitne cum reo ibidem, an in foro domicilii agere a), quod iure pontificio aliter non licet b), nisi contrahens in loco contractus copiam sui faciat c).

- a) arg. L. 19 § 1 et 2 D. de
iudic. c) MEV. P. VII D. 48, n. 3,
CARPOV L. 2 R. 30, n. 6,
b) cap. I § 3 de foro comp. FRANTZKIVS R. 11 p. 11,
in Vlto. § 19.

Nunc de rebus, quae sub hoc foro obueniunt, es-
set dicendi ratio; sed cum haec materia tam ampla sit,
vt accuratam inspectionem requirat; singulari capite, et
quidem sequente eas, quantum in me est, explicabo.

CAPUT II

DE ADMINISTRATIONE EIVSQVE
VARIA INDOLE.

In praecedente capite pertraetaui ea, quae de foro generatim, et praecipue de foro administrationis, dicenda mihi vita sunt. Adieci quoque § ultimo, quod res, quae

§ I

sub

sub hoc foro obueniunt, hoc capite pertractandae essent. Sed nemo a me exspectabit, vt omnia ea, quae ad administrationem pertinent, fuse eruam; solummodo autores praecipuos in perractatione in medium proferam, qui in varia administrationum genera explicanda operam suam contulerunt.

§ II

VOCIS SIGNIFICATVS.

Vox administrare in iure duplēcēm habet significatiōnēm, et sumitur: aut pro aliis distribuere a), aut pro gerere et curare; posteriore significatiō utimur, tum de administratione Republicae b), tum de administratione rerum ad rempublicam spectantium, sint comparatae quomodo cuncte velint.

a) L. 10 f. D. de inoffic. cautlis, L. 8 et 14 pr. D. de testament. L. 3 C. ad L. Fal. munici. et hon. L. vlt. C. vt. cid.

b) L. 35 § 8 D. ex quibus in poss.

§ III

DEFINITIO SVPPEDITATVR.

Administratio vero mihi hoc loco est quasi contractus, ad negotia communia, alienaue suscepta, debita diligēcia expedienda. Dicitur quasi contractus, quia non ex vero contractū, qui supponit consensum verum, administrator obligatus est; sed ex facto quodam, quod obligationem producit sine consensu.

B 3

§ IIII

§ IIII
NEGOTIA QVAE GERVNTVR SVNT VEL COM-
MUNIA,

Res, negotiae, quae sub administratione existunt, concernunt tum res publicas, tum res priuatas, quae modo ad communia, modo ad aliena negotia tendunt. De negotiis, quae ad communia pertinent, acturus sum in hoc §. Communia, quae administratione fruuntur, aut ad rem communem, aut hereditatem communem spectant. Prior administratio dicitur rei communis, posterior hereditatis communis. Rei vero communis administratio oritur ex quasi contractu a), quo is, qui rem singularem, iure dominii, sine conuentione societatis, communem administrando, se ipsum socio, et socium sibi obligat: ad praestationes personales b). Praesupponitur hic res singularis, quae est duorum pluriumque, alter administrans obligatus est ad diuidendos cum altero, ac reliquis sociis, fructus et emolumenta ex re prouenientia; alter vero obstrictus est ad impensas et damnum absque concurrente culpa administratoris pro rata, restituendum. Ille, qui administrat rem, iure dominii, quia condominus est, nulla inita conuentione societatis c), aequa adstrictus est ad varia. Hereditatis vero communis administratio d) est quasi contractus, quo coheres hereditatem communem administrando seipsum coheredi, et coheredem sibi obligat: ad praestationes personales. Hic duo heredes sunt; unus hereditatem administrat, et hereditas indiuisa; inter quos unus hereditatem adiit, eamque adeundo administravit, hic obligatus est, ad emolumenta ex hereditate venientia cum altero diuidenda; nullum quidem cum eo iniit

in*it* contractum, sed quasi ex contractu vterque obligatus est, prior, vt dixi, ad emolumenta diuidenda, et posterior ad restitutionem impensarum, et damna casu fortuito enata.

- a) § 3 et 9 Instit. de oblig. in diff. de rerum communio-
ne. quae ex quasi contr.
- b) tot. tit. x. fam. erc. d) § 3 et 4 Inst. de obl.
- c) vide GE. ADAM. STRVV. quae ex quasi contr.

§ V

VEL ALIENA.

Non solum in administratione occurunt negotia communia, verum etiam, quod frequentius est, aliena. Negotia autem non sunt eiusdem qualitatis et conditionis, et non tantum scientie, verum etiam ignorante altero, non vero inuito, quod tamen cum limitatione dicendum erit, geruntur. De singulis singulatim in sequentibus agam.

§ VI

QVAENAM NEGOTIA IGNORANTE ALTERO GERVNTVR.

Ignorante domino negotia geruntur partim iudicia-
lia, partim extra iudicia. Priora dicuntur ea negotia,
quae in iudicio pertractari debent. Posteriora vero, quae
extra iudicium geruntur. Priori in casu is, qui negotia
alterius iudicia ignorante domino curat, dicitur de-
fensor. Posteriori in casu negotiorum gestor a). Haec
negotiorum gestio quasi ex contractu, praecedente facto
licito, obligationem producit. Vterque gerens et curans
ad

ad debitam praestandam diligentiam, et ad rationes reddendas, et ille, cuius negotia gesta sunt, ad indemnitatem praestandam obligatus est.

a) de negotiorum gestione ca negotiorum gestionem et PELLEMONT, REINHARD, VOIGT de negotiis gestis de eo quod iustum est circa commentati sunt.

§ VII

QVAENAM NEGOTIA SCIENTIS ET QVIDEM IUDICIALITER A DOMINO VEL NON DOMINO CVRANTVR?

Sciente domino iterum negotia geruntur aut iudicia lia, aut extra iudicia lia. Iudicia lia suscipiuntur vel ab ad uocatis a) vel a procuratoribus b). Quomodo hi inter se differant, non disquirro. Aduocatus dicitur persona, publica auctoritate constituta, vni ex litigantibus adiutans, et procurator vocatur: qui ex domini mandato cauissas iudiciales tractat. Quod si vero quis a non domino constituitur ad aliena negotia gerenda, ille actor nuncupatur. Hic etiam a syndico constitui potest c).

a) Videatur vir illustr. 10. ANDR. HOFMANN, antecessor iuris, in diff. de aduocatis, nec non cauissis eos a foro remouendi, MANTZIUS de aduocatis, synd. proc. defens. MARTINVS de aduocatis.

b) Idem vir ill. HOFMANN

de procuratoribus ex officio constituendis, BOECKELMANN de procurat. et defensor, de LEYSER in medit. ad π. specim. 53.

c) WOLFG. AD. LAUTERBACH de syndicis, de LEYSER spec. 54, SCHILTER de syndicis.

§ VIII

§ VIII

QVOMODO EXTRA IUDICIVM NEGOTIA ET QVI-
DEM EX CONTRACTV ADMINISTRANTVR?

Aliena negotia et quidem extra iudicium, sciente domino, geruntur: aut ex contractu, aut quasi ex contractu. Ex contractu geruntur ea vi mandati a). Ex hoc vero nascitur obligatio ad expedienda ea, secundum voluntatem committentis, et quidem, secundum praescripta legum romanarum, gratis b). Hinc mandatarius culpam leuissimam praestare tenetur c), excepto casu, quo voluntas mandantis generaliter significata et negotium arbitrio mandatarii relatum est d).

a) de mandato scripserunt 17 C. mandati vel contra,
cel. IO. HARPPRECHT, multi. c) L. 13 et 21 C. man-
que alii. que alii.

b) L. 5 C., § 3 D. L. d) L. 10 pr. D. eod. tit.

§ VIII

VEL QVASI EX CONTRACTV.

Negotia, quae sciente domino quasi ex contractu geruntur, dicuntur administrationes. Administratio, de qua hic sermo, mihi est quasi contractus, quo quis negotia aliena extra iudicium sciente domino in se suscipit; dico administrationem hoc loco fluere ex quasi contra-
etu; quia, dum administrationem rerum in me suscipio, quae vel ad rem publicam, vel ecclesiam, vel tutelam spe-
stant, ex facto illo licto obligatus sum: tum ad redditio-
nem rationum, tum ad inuentarii confectionem, tum ad diligentiam praestandam. Dicat forsitan aliquis, quod ad

C

admi-

administrandas res tum necessitate iubente, tum lege, tum conuentione obligatus sim; ideoque administratio potius conuentio, quam quasi contractus haberi possit. Sed quis ex eo, quod quis ad tutelam ex necessitate, lege, conuentione gerendam obligatus sit, probabit: tutelae administrationem non esse quasi contractum? Hoc certum et indubitatum est: obligationem ad administrationem in se suscipiendam ex conuentione posse oriri; sed administratio ipsa ideo non est conuentio.

§ X

COMMVNIA NEGOTIORVM ET PROPRIA
DEDVCVNTVR.

Ex antecedentibus quilibet percipiet: administratiōnem, de qua hoc loco differo, differre ab administratione rei communis, hereditatisque communis. Illic enim negotia communia, hic propria, consentiunt; quia utraque oriuntur quasi ex contractu: differt quoque a negotiorum gestione. Haec enim sciente, illa ignorante domino fit; licet utraque quasi ex contractu sit; nec minus differt a mandato, cum in hoc verus adsit contractus; in ea vero quasi contractus.

§ XI

CIRCA QVASNAM RES ADMINISTRATIO VERSE-
TVR, DISQVIRITVR.

Res, quae in administratione esse possunt, aut saeculares, aut ecclesiasticae sunt. Res saeculares tum ad rem publicam spectant, tum ad rem priuatam pertinent.

nent. Quae rem attinent priuatam vel ad tutelam, vel curam respiciunt, et sub hoc generali nomine veniunt, atque ad eorum res pertinent, qui modo ob aetatem, modo ob animi infirmitatem, aliamue ob causam ciuilem, rebus suis superesse nequeunt.

§ XII

EA, QVAE AD RES ECCLESIASTICAS RESPICIVNT,
PROPONVNTVR.

De singulis administrationis speciebus, singulatim erit agendum. Administratio rerum ecclesiasticarum olim Diaconis demandata fuit, cum ecclesiae bona sibi adquirerent a) et videtur verosimile: quod his praecipue talis tradita fuerit cura, more Apostolorum, qui et ipsi Diaconos instituerunt, ad distribuendas eleemosynas exhibendaque ea, quae ad sumptum pertinuerunt. Non eruam: quomodo haec administratio ad Episcopos peruererit b), nec quod a concilio chalcedonensi oeconomicis rursus administratio addicta sit c); sed solummodo dicam: quid bonorum ecclesiasticorum administratio exigat. Administrator earum aequa, quam aliis obligatus est, ad res ecclesiae administrandas, debitaque diligentia curandas, et post finitam administrationem eas restituendas cum omni causa. Requiritur hic, ut in omnibus administrationibus, inuentarii confeccio et rationum redditio; deinde nomina ecclesiae exigenda sunt, pecunia parata elocanda est, et omnes actus in salutem ecclesiae vergentes expediendi sunt.

C 2

a) ZIEG-

- a) ZIEGLER ad Lancell. L. 1 Tit. 22 § 1, BARBOSA L. 1 iur. eccl. c. 34, SCHIL-TERI inst. iuris canon. L. 1, tit. 9 § 1.
- b) ZIEGLER cit. l. L. 2, t. 27. c) L. 14 C. de SS. eccl., L. 3 C. de his, qui ad eccl. configerunt, LEHMANN in chron. Spir. L. 2, cap. 36.

§ XIII

QVAENAM RES PVBLICAE EXIGVNT?

Necessitatis non solum, sed et vtilitatis est, vt res publicae, quam accurate curentur, ne salus reipublicae inde detrimentum aliquod capiat. Nemo ignorat: sumnum imperium modo penes vnum, modo plures esse. Summo Imperanti impossibile est minutissimas quasque res earumque administrationem in se suscipere. Illi enim tantum directio et suprema inspectio, non administratio tribuenda est. Quod si vero plures reipublicae praesent, quae demum oriretur in republica confusio? si omnes res ad rempublicam spectantes administrarent, cuinam rationes essent reddendae? quisnam administratores hosce ob male rem gestam supplicii afficeret? ne dicam: quod res per plures ipsae dilapidentur, eam ob cauſam vni, pluribus administratio; aliis vero inspectio et directio demandatur. In antiquissimis beneque constitutis rebuspublicis huic rei prospectum est. Quapropter aerario quaestores, aliique fuere praepositi, dicti ab eo: quod inquirendae, conseruandae, expendendae pecuniae publicae cauſa essent creati a). Apud Romanos eorum origo antiquissima est, peneque ante omnes Magistratus b). Varia nomina administratores sub Augusto consecuti sunt, procuratores Caesaris, rationales, cert. ger-

germanice vocantur: schösser, verwalter, ambtskeller, rentmeister, schatzmeister, item vöigte, vorsteher, bau-schreiber, zöllner, förster, kammermeister, accisein-nehmer, vt alia nomina raceam. Ex antecedentibus patet: me cum de administratione rerum loquar, quae ad reipublicam spectant, non intelligere eam curam, quam summo gaudentes imperio adhibere tenentur ad dirigen-das actiones subditorum, scopo communis conuenienter, nempe saluti reipublicae. Haec enim cura residet penes omnes reipublicae proceres, vel summum Imperantem; sed eam solummodo, quam in aerariis publicis eorum praefecti praestare debent, vt bona recte administren-tur c); suo tempore rationes reddantur, inuentarium conficiatur, omniaque damna quoquis modo arceantur. Haec enim bona sunt; quae sub rerum nomine intelligo.

- a) L. 2 § 22 D. de orig. bonorum ad ciuitatem perti-nentium scripserunt GE. AD.
- b) L. 1 D. de offic. quaest. STRUVIVS, SCHUBARTH,
- c) de foro administrationis HABERKORN aliquie.

§ XIII

QVAENAM RES PRIVATORVM?

Restat: vt priuatarum rerum administrationem con-sideremus. Hae res, vt in § X iam dictum est, aut ex voluntate dominorum committuntur; inde etiam pro diuersitate negotiorum diuersis insignitur nominibus tum ipsa administratio, quum administratoris persona, aut ne-cessitate iubente administratio bonorum iniungitur, vt in pupillis, minoribus, aliisque personis, quae vel ob cor-poris imbecillitatem, vel ob animi defectum rebus suis

C 3

super.

superesse nequeunt, quibusque hac de causa tutores curatoresue dati sunt, conspicitur. Olim ex lege XII tabb. patris ius fuit: disponendi de tutela rei suae; minores vero curae exules sibimet ipsis relieti fuere, qui ideo in tutelam suam venire dicebantur. Deinde tamen minoribus a) et infirmis prospectum est, quo illis tutores darentur. Nostris vero temporibus Magistratui solum competit ius confirmandi tutores, curatoresque b); libertas tamen de tutela disponendi patribus familias hodie plane non est adempta; et si quandoque circumscripta deprehendatur; adeoque hac de re in quibusdam terris eo ventum est, ut adhuc quaedam personae perpetuae curae subsint c). Inspectio igitur et directio Magistratui relieta est: ne absque huius decreto aliquid alienetur et coram eo rationes reddantur. Quaenam vero res sub hac administratione sint? cuique satis notum est.

a) vid. GVNDLING in *recessis*
pandect. L. IV, tit. IV § 5,
per legem Laetorianam dein
per Antoninum constitutum
est aliud.

b) BARTELS de confirmatione tutorum, SPITZ de tu-
tela confirmata,

c) Excell. quondam patriae
syndicus E.V. OTTO de tutela
feminarum perpetua, ius Sa-
xon. prou., L. I, art. 45, Stat.
Hamb. P. I tit. 9 art. 1, ius
Lubecense L. I, tit. 7 art. 4,
n. 4.

§ XV

In medium prolatis variis administrationum generibus,
adhuc supereft: vt ea inspiciamus, ad quaenam omnes
administrationem subeuntes obligati sint, nec non cauſas,
ob quas ab administratione quis remoueri possit, et quo-
modo securitati prospiciatur, si forſan res male admini-
ſtrentur?

§ XVI

§ XVI

AD QVID TENEATVR ADMINISTRATOR,
DISQVIRITVR?

Quemlibet administratorem, sit vel ecclesiasticus, vel secularis, siue rerum priuatarum, siue publicarum, ad debitam diligentiam adstrictum esse, omnes euincunt Doctores; sed de gradu diligentiae disputant. De tutoribus et curatoribus res clara est; minime vero de administratoribus rerum publicarum. Alii enim eos ad summam a), alii ad medium esse obstrictos sentiunt b); prius statuentes argumentum depromunt a mandatario c), de quo leges affirmant: eum ad summam diligentiam esse adstrictum. Qui posterius afferunt, argumentum potius ducendum esse autumant a tutoribus, quibus medium diligentiam praestare incumbat d).

a) MYLERS AB EHREN- DBVS aliique a MYLERO in
BACH in hyparchologia, cap. all. tr. citari.
18, § 2.

c) L. 11 et 13, C. mandati.
d) L. 7 C. arbitrium rute-

b) CRAVETTA, GOED- lae, L. 6 π. de admin.

§ XVII

EXPLICATIO DILIGENTIAE.

Distinguunt Doctores inter medium diligentiam et summam. Per medium intelligunt eam, quam paterfamilias frugi, in administratione rerum suarum, adhibere solet; summam vero, qua exactissimus paterfamilias vti solet, cum obseruatione omnium ad scopum propositum facientium, quae possibilia sunt, mediorum. Si quilibet sum-

summum praestare teneretur diligentiae gradum, quis vñquam administrationem talium rerum susciperet? cum gestio non nisi cum insigni patrimonii deminutione fieri posset. Praeterea, si ea cura in alienis rebus adhibetur, quae in propriis, nihil magis requiritur, quam vt pecunia recte elocetur, bonaque recte administrantur, quin imo damnum imminens, quoquis modo arceatur. Porro leges, si loquuntur de summa diligentia, intendere solent exāctam a). Quod vero attinet argumentum a procuratore desumtum, illud ad nostrum propositum non quadrat. Hic enim gaudet mandato singulari, quod si illud excedit, non solum nihil agit, verum etiam damnum exinde ortum suscipere tenetur. Ex quibus regulam formo: administrator ad medium diligentiam praestandam tenetur.

a) vide antores citatos ab HENRICO PETRO HABER-
KORN in diff. de administra-

§ XVIII INVENTARIUM EST CONFICIENDVM.

Cum vero expediti iuris sit: administratorem ad debitam diligentiam esse obligatum, fines suaे administrationis nosse eum decet; quis vñquam scire posset, res, quae ad eam pertinent, et num circa res adhibita sit diligentia debita? nisi prius ante susceptam gestionem inventarium confessum sit a). Inventarium vero est publica designatio rerum, quae administrationi subesse debent, legitimo modo facta. Haec inventarii confessio est tum necessitatis, tum vtilitatis, non solum contemplatione

tione administrantis, verum etiam eius, cuius res in administratione sunt. Ex parte administrantis, ne res ab eo petantur, quae non obtinuit. Hoc enim inuentarium liberat eum ab omnibus iniuriis, quibus alias se expone-ret. Quod autem alterum attinet, inuentarium requiri-tur: ut sciamus conditionem et statum totius vniuersitatis re-rumque. His accedit: quod ex omessa confectione in-uentarii dolus et culpa praesumatur, et contra tales ad-ministratorem iurari possit in item b). Dicitur publica designatio, quia auctoritate publica fit; vel a iudice, vel a notario, adhibitis testibus, probationis gratia; continere debet omnes res, tum mobiles, quum immobiles, iura et quae sunt alia.

a) 10. FVCHSII, Icti Ki-lonensis, de inuentario, Ki-lon. 1673 et Francfurti et Lipsiae, 1693, et 1710, 4to. De necessitate confectionis in-uentarii quoad tutorem leges patriae carissimae expresse con-stituerunt in stat. 24 statuto-

rum reform. sequenti modo:
geen Vormund schal de vor-mundschap met der daad unter-nehmen, be hebbe den een inuen-tarium aller goedern opgericht.
b) L. 7 pr. de administ. et peric. tut. de WERNHER P. IX, obs. 87, 88.

§ XVIII

QVOMODO RATIONES SINT REDDENDAE?

Administrator rationes reddere tenetur, vbi simul inquirendum est a): num debitam praestiterit diligen-tiam? Rationes autem reddere in iure dicitur, data et accepta rite commemorare, computare et probare, vt deinde quid actum sit, detegatur, et dominus id, quod reliquum est, consequatur. Rationum libri vocantur tales, in quibus conspiciuntur dati et accepti designationes. In

D

ratio-

rationibus igitur reddendis obseruandum est: vt 1) adsit inuentarium, 2) computetur calculus, 3) accepta atque expensa probentur, quod vocatur iustificatio, 4) residuum restituatur. Rationum redditio, quamvis vniuersalis adhuc hodie, etiam finita tutela, exigi possit; quotannis fieri debet b), quod secus apud Romanos in causa tutelae fuit c); et quidem specifice deponendae sunt; alias rationes legitimae habendae non sunt d); sed contra eum, qui recte eas non edidit, doli oritur praesumtio. Ob errorem aliasque iustas causas eadem etiam retractari possunt e), coram eodem magistratu f), ad quem inspectio et directio pertinet, quique rationarium ad eas redendas compellere, aut si eas non referat, vt suspectum remouere potest. Quod si vero accidit: vt administrator debitam non adhibuerit diligentiam, quaeritur: quid tunc iuris sit? Respondeo attendendum esse: vtrum culpam leuem, an latam dolumue commiserit? Si culpa tantum leuis adest, tunc non statim remouetur g). Quisnam enim paterfamilias frugi non aliquando neglexit eam diligentiam, quam ordinarie in rebus suis alias adhibet? Sed cum ad debitam hanc diligentiam iure adstrictus sit, damnum culpa leui datum resarcire tenetur.

a) GE. WERNHER, GO-
THOF. SCHILTER de red-
ditione rationis, GVIL. HIE-
RON. BRÜCKNER de rationi-
bus administratorum, lenae
c 1600-1610, 4to, cap. III
p. 32 seqq. et cap. III, 10 AN-
NES VOET in comment. ad
π. lib. XXVII tit. III § VII.
Noua methodus placuit Po-

russorum Regi, quam exhibet
Magn. ESTOR p. 192 sq. der
anweisung für die beamten,
1762, 8.

b) Reform. polit. de anno
1548, tit. 31, § 3, de 1577
tit. 32 § 3, L. 1 C. vbi de ra-
tionib. L. 4 § 1 de procurat.
c) L. 4 pr. D. de tutelae et
ration. distrah.

d) L. 8

d) L. 8 de condit. et demonstrat.

e) arg. L. 2 C. de iud. DE
LEYSER tom. XI medit. ad π ,
specim. 677, med. 3 p. 13
seqq., BRÜCKNER l. c. cap.
VII th. 7 p. 66 seqq.

f) De hac re singularia
quaedam leges patriae
respectu tutorum, in stat. 17:

Vnd schoelen tegelyck fabrs den
kindern vriende tween van Va-
der, tween van Moeders wegen,
de negsten eines Rekeninge dobn
van der kindern gode dewyl se de
Vormonder bedarven ofte de
Vrunde dat van oehme eschen.

g) arg. L. 7 § 1 D. de su-
spect. tut. L. 31 § 1 de reb.
auct. iud.

§ XX

REMOVERI POTEST OB CULPAM LATAM.

Sin vero ne eam quidem diligentiam adhibuerit,
quam paterfamilias, etiam negligentissimus, adhibere so-
let, remoueri potest. Cur enim eum longius administra-
tioni praeesse volumus, qui deteriorem rerum reddit sta-
tum, cum meliores adsint, quibus administrationem com-
mittere possimus. Malus ille administrator ad damnum
per negligentiam datum resarcendum non solum tene-
tur, sed et aliquando, prout rei circumstantiae ferunt,
punitur. Verum enim vero eis neutiquam adsentior,
qui ex malis intellectis legum locis a) notam infamiae la-
tae culpae adscribunt b). Remotio quidem ignominiae
est, quae ob culpam latam fit; minime vero maculam iu-
ris inurit c). Non inficior quidem: culpam latam in
caussis ciuilibus dolo quandoque aequiparari; attamen
dolus malus vere non est; quod praecipue in iudiciis cri-
minalibus obseruare debemus.

a) L. 226 D. de V. S. et
§ 6 instiit, de suspect. tut.

b) LINCK de culpa lata infa-
mante, Argent, clcccxxxviii.

D 2

c) 10.

d) L. 8 de condit. et demonstrat.

e) arg. L. 2 C. de iud. DE
LEYSER tom. XI medit. ad ^a,
specim. 677, med. 3 p. 13
seqq., BRÜCKNER l. c. cap.
VII th. 7 p. 66 seqq.

f) De hac re singularia
quaedam sciunt leges patriae
respectu tutorum, in stat. 17:

Vnd schoelen tegelyck fabrs den
kindern vriende tween van Va-
der, tween van Moeders wegen,
de negsten eines Rekeninge dobn
van der kindern gode dewyl se de
Vormonder bedarven ofte de
Vrunde dat van oehme eschen.

g) arg. L. 7 § 1 D. de su-
spect. tut. L. 31 § 1 de reb.
auct. iud.

§ XX

REMOVERI POTEST OB CULPAM LATAM.

Sin vero ne eam quidem diligentiam adhibuerit,
quam paterfamilias, etiam negligentissimus, adhibere so-
let, remoueri potest. Cur enim eum longius administra-
tioni praeesse volumus, qui deteriorem rerum reddit sta-
tum, cum meliores adsint, quibus administrationem com-
mittere possimus. Malus ille administrator ad damnum
per negligentiam datum resarcendum non solum tene-
tur, sed et aliquando, prout rei circumstantiae ferunt,
punitur. Verum enim vero eis neutiquam adsentior,
qui ex malis intellectis legum locis a) notam infamiae la-
tae culpae adscribunt b). Remotio quidem ignominiae
est, quae ob culpam latam fit; minime vero maculam iu-
ris inurit c). Non inficior quidem: culpam latam in
caussis ciuilibus dolo quandoque aequiparari; attamen
dolus malus vere non est; quod praecipue in iudiciis cri-
minalibus obseruare debemus.

a) L. 226 D. de V. S. et
§ 6 instiit, de suspect. tut.

b) LINCK de culpa lata infa-
mante, Argent, clcccxxxviii.

D 2

c) 10.

d) L. 8 de condit. et demonstrat.

e) arg. L. 2 C. de iud. DE
LEYSER tom. XI medit. ad ^a,
specim. 677, med. 3 p. 13
seqq., BRÜCKNER l. c. cap.
VII th. 7 p. 66 seqq.

f) De hac re singularia
quaedam sciunt leges patriae
respectu tutorum, in stat. 17:

Vnd schoelen tegelyck fabrs den
kindern vriende tween van Va-
der, tween van Moeders wegen,
de negsten eines Rekeninge dobn
van der kindern gode dewyl se de
Vormonder bedarven ofte de
Vrunde dat van oehme eschen.

g) arg. L. 7 § 1 D. de su-
spect. tut. L. 31 § 1 de reb.
auct. iud.

§ XX

REMOVERI POTEST OB CULPAM LATAM.

Sin vero ne eam quidem diligentiam adhibuerit,
quam paterfamilias, etiam negligentissimus, adhibere so-
let, remoueri potest. Cur enim eum longius administra-
tioni praeesse volumus, qui deteriorem rerum reddit sta-
tum, cum meliores adsint, quibus administrationem com-
mittere possimus. Malus ille administrator ad damnum
per negligentiam datum resarcendum non solum tene-
tur, sed et aliquando, prout rei circumstantiae ferunt,
punitur. Verum enim vero eis neutiquam adsentior,
qui ex malis intellectis legum locis a) notam infamiae la-
tae culpae adscribunt b). Remotio quidem ignominiae
est, quae ob culpam latam fit; minime vero maculam iu-
ris inurit c). Non inficior quidem: culpam latam in
caussis ciuilibus dolo quandoque aequiparari; attamen
dolus malus vere non est; quod praecipue in iudiciis cri-
minalibus obseruare debemus.

a) L. 226 D. de V. S. et
§ 6 instiit, de suspect. tut.

b) LINCK de culpa lata infa-
mante, Argent, clcccxxxviii.

D 2

c) 10.

30 CAP. III DE IVDICE LEGITIMO IN CAVSSIS

CAPVT III
DE IVDICE LEGITIMO IN CAVSSIS
ADMINISTRATIONVM ET IVRISDICTIONE
IUDICIS ORDINARI DECLINANDO.

S I

Ea, quae in antecedentibus de foro administrationis et rebus, quae sub administratione existunt, explicata sunt, solummodo inseruiunt: ad firmandam thesin, quae singulatim hoc capite eruenda est. Licet de hac materia eruditii multa commentati sint a); attamen varia sunt, et negantia contraria aientibus quandoque deprehenduntur. Ea re mihi licebit, variantibus sententiis, meam adiicere, et dicere, quorum partes foueo.

a) vid. TOBIAS BARTH in dissensibus in praxi, cent. VIII, diff. 785 p. 471 seqq. diss. 786, p. 475 seq. diss. 787, p. 477 seq. DE LEYSER in diss. de foro administrat. Vol. XI medit. ad n. infra, SLEVOGT

de foro gestae administrationis, 10. VOET in comm. ad 2. lib. XXVII tit. III § XVII, SAM. STRYK in vnu modern. 2. lib. XXVII tit. 3 § 10, ibique memorati auctores, vt tacem aliquos.

S II

QVIS IVDEX ORDINARIUS SIT, INDAGATVR?

Initio mihi videtur necesse, vt notiones de iudice ordinario et competente eruam. Per iudicem ordinarium eum intelligo: qui in vniuersos eos exercet iurisdictionem, qui ei sunt obnoxii in certo districtu. Potestas

ADMINISTRAT. ET IURISDICT. IUDICIS CET. 31

stas huius iudicis, secundum regulam, modo omnino, modo in quodam caussarum genere ad omnes in districtu quodam existentes pertinet a).

a) F R I D E S A I A S P V P. I cap. III § 32 seqq. p. 74
FENDORF de iurisdict. Germ. seq.

§ III **P O D M U T I M I N I M U S A C H O R M U T I M I N I M U S**
QVINAM IUDEX COMPETENS DICATVR?

Iudex competens dicitur, cui reus in caussa, de qua agitur, subest, et qui eum ad respondentum et ad obtenerandum cogi potest. Hic vero, nempe in caussa administrationis, iudex competens est, cui inspectio ratione administrationis recte competit, non ratione habita ad personam, qua iudici ordinario est subiecta. Haec materia de iudice competente nos dicit ad saepius disceptatam quaestionem, cuinam potestas data sit constitueri administratori, et num administrator constitui possit a iudice superiore in caussa administrationis iudici inferiori subiecta, et num talis rationes reddere teneatur coram iudice, sub quo caussa administrationis existit, aut coram eo, a quo constitutus fuit? Videamus igitur, quinam in eiusmodi visione sit iudex competens?

§ IV

QVINAM IUDEX CONSTITVERE POSSIT ADMINISTRATOREM?

Quod ad constitutionem administratoris attinet, nemmo negabit: quod illa in regula ei competit, sub quo caussa administrationis est; licet iudex sit inferior; qui tam

V 2

32 CAP. III DE IUDICE LEGITIMO IN CAUSSIS

men contemplatione caussae competens esse debet. Propositiones praecedentis § euincunt; iudicem esse competentem, cui reus in causa, de qua agitur, subest, et hic non respici ad personam, sed causam. Dictum autem non probatum est. Nec heic locus est: vt inquiramus in caussas, quare ob administrationem quis subsit foro administrationis, verum hoc in sequentibus adhuc fiet; sufficiat solummodo: ex analogia iuris probare, quod quis aliquod forum nancisci possit ex speciali causa, ob quam iudicem alias incompetentem pro competente agnoscere debeat. Argumento sit forum contractus, cuius species est iudicium administrationis, et praecipue ea de causa, quoniam nobis quidem videtur, quod duo haec fora, et in hac visione commune aliquid habeant. Sin enim in foro contractus praesens reus respondere tenetur, licet iudex, apud quem forum contractus est, non sit iudex ordinarius, sequitur, quod et in foro administrationis reus ad respondendum obligatus sit; licet iudex forsitan non sit ordinarius. Non ignoro, quid obici possit, nimirum, si administrator constitutus sit a iudice inferiore, quisnam eum ad reddendas rationes, ad inventarii confectionem, ad debitam praestandam diligentiam adigere queat? Sed respondeo: idem iudex, cui causa administrationis obnoxia est, administratorem ad ea omnia adstringere potest; cum eidem rationes sint reddendae, quae inventario fundatae esse debent. Ex his liquet: quod quilibet iudex, siue sit inferior, siue superior, administratorem constituere possit; licet alias iudex eius ordinarius non sit ob causam administrationis.

§ V

§ V

TVM IVDEX SVPERIOR IN CAVSSA ADMINISTRA-
TIONIS IVDICI INFERIORI SVBIECTA.

Constitutio administratoris, in regula, eius est iudicis, cui causa administrationis subest. Ille iudex modo est superior, modo inferior (§ III). Ergo superior iudex administratorem quoque ordinare potest. Quaeritur autem: vtrum iudex superior administratorem constituere possit, in rebus iurisdictioni iudicis inferioris subiectis? Ad hanc quaestionem respondendum erit: distinguendo, num iudex inferior ad constituendum paratus sit, aut moram faciat? si prius, quaestionem ex ea causa nego: quia iudex inferior officio suo satisfacere vult; nemo vero in exercitio iuris sui turbandus est. Quod si vero posterius accidit; concedo: superiorem facultatem habere constituendi administratorem; eo tamen ordine, ut a superiore iudex inferior ad constituendum administratorem prius moneri, et per mandata adigi possit, quam a superiore iudice administrator designetur.

§ VI

QVAENAM PERSONAE FORO ADMINISTRATIONIS
SVBSINT?

Consideranda nunc veniunt personae, quae huic foro subsunt, et quae illud declinare possunt. In iudicio occurunt actores et rei. Per actorem hoc loco intelligo eum, qui ius suum persequitur in iudicio aduersus administratorem suum. Rei vices sustinet ille, qui administrationem gessit. Nunc oritur quaestio: num in actoris

E

liber-

libertate positum sit, experiri de administratione iudicio ordinario, an foro administrationis? Quod ad hanc quaestionem attinet, respondeo primo: administratorem, quem nomine rei hic insignio, per susceptam administrationem sortiri forum quasi ex contraetu, et in hac caussa nullum alium iudicem competentem nancisci, quam eum, qui administratorem constituit, et sub cuius directione administratio gesta est. Sin ergo actor cum reo alio in iudicio conflictari velit, reus actori exceptionem iudicis incompetentis recte opponere potest a). Deinde administratio eius est conditionis, ut connexa sit cum eiusdem iudicio, eamque ob caussam maiorem attentio-
nem meretur. Quapropter leges ciuiles ei speciale iudicium attribuerunt, cum ibidem nota sint testimonia, instruētio sufficiens atque idonea documenta b), ad iustificationem rationum facientia, quae alii iudici ignota sunt; nec huic cognitum est: num rationes sint reddendae, nec ne? nec aliis iudex de eo tenetur, si malus tutor, administratorue a iudice rei administrandae est constitutus. Sin ergo actor cum reo alio in loco contendere vellet, tunc aetori damnum non solum inferri deberet maximum; verum etiam ex parte rei rationum redditio difficultior efficeretur, quin imo legibus expressis aduersaria susciperentur. Nego igitur, quod LYNKERV c) hac de re opinatur, nimirum forum administrationis in gratiam aetoris comparatum esse; et si quoque ei concedere vellem: forum administrationis instar fori realis esse habendum d); tamen illud magis caussae gratiae, quam aetoris ergo constitutum est, cui aetor renunciare nequit, cum vox: oportet, in lege i Cod. vbi de ratioc. praeceptum quoddam inuoluat; a lege autem praceptiu re-
cedere

cedere nequimus. Quod si vero in actoris tantum fauorem hoc priuilegium indultum esset, ille huic fauori renunciare posset; quod tamen legibus cautum non est; sed eae auctorem necessario ad forum administrationis remittunt, et quidem ex rationibus iamiam in medium prolatis. Legibus autem auctor morem gerere, actionesque suas ad earum praescripta conformare debet. Quibus accedit: quod tutor, administratorque praeescriptione fori fese tueri nequeat, si post finitam tutelam, administratio nemue alio foro priuilegiato gaudere cooperit f). Quapropter haec sententia vnu forensi adeo adplausum meruit, ut per leges passim sit corroborata g). Vnde et euocatio per litteras subsidiales ex aliena regione licita est h) et curator remittendus est ad iudicium gestae administratio nis i).

a) Vir Perill Liber Baro de CRAMER in obs. 968 p 724 T. III. MARTINI in comment. forensi Tit. XI n. 2 et 32, de WERNHER P. X obs. 468.

b) L. 1, et L. 2 Cod. vbi de ratiocin. L. 54 § 1. de procurat. L. 4 Cod. de episc. et cler.

c) de LYNKER T. I cons. 48 n. 10 et 14.

d) de LYNKER in cons. 183, n. 15, et 29.

e) L. 1 L. 2 Cod. vbi de ratiocin. L. 54 § 1. de procurat. L. 45. de iudiciis, L. 19 § 1, L. 36 § 1 eod. FRANCISCUS MVNNOZ AB ESCO-

BAR de ratiocin. administratorum cap. VII, n. 5, seqq. p. 76 seqq. Norimb. 1646, 4to.

f) arg. L. 2 Cod. vbi de ratiocin. L. 4 Cod. de episcop. et cler. ibique 10. BRVNNE MANN in commentar. ad cod., MVNNOZ AB ESCOBAR l. c. cap. IIII num. 3 seqq. p. 3, VOET l. d. lib. XXVII tit. 3. § 17 in fine.

g) arg. reformat. polit. Francof. de anno 1577 tit. 32 § 3 et 4, decis. elect. Saxon. 36, BENEDICT. CARPZOV. lib. II resp. 33, DAVID ME VIVS P. V, dec. 218, CHRISTOPH. E 2

36 CAP. III DE IVDICE LEGITIMO IN CAVSSIS

STOΦH. PHILIPP. RICHTER i) STRYK in vſu mod. n.
in decis. XIII, num. 21. lib. XXVII, tit. 3 § 10 ibique
b) MEVIVS P. VII decis. 392. memorati auctores.

§ VII

NVM ET REVS IN HOC IVDICIO AGERE QVEAT?

Per reum heic intelligo: qui administrationem gessit
(\\$ VII). Hic contra actorem instituere potest actiones
contrarias, ad indemnitatē p̄aefstandam, et quae sunt
alia.

§ VIII

QVAENAM PERSONAE FORO ADMINISTRATIONIS
SVBSINT, ENVCLEATVR?

Quod ad personas attinet, quae huic foro subsunt,
affero: omnes, ne vna quidem excepta, quae administrationem
fusceperunt, illi subiici et lites in eo sequi teneri. Sed
quaeritur: num personae priuilegiatae, ut personae misera-
biles, clerici, academiae litteratae addicti, milites, ipse-
que Princeps, huic foro subsint? Quod ad personas mi-
serabiles pertinet, nullum restat dubium; et si hae certe
raro adhibeantur ad administrationem; quod si tamen ac-
cidit, ut administrent, neutiquam tamen petere possunt,
ut rationes coram Principe, alioue iudice computentur a).
Sin autem clerici, milites, academici, administrationem
fusciunt, tacite foro suo renunciant b), earundemque
iudicia obeunt. Hoc certum et indubitatum est: priuilegia illis, regulari modo, concessa esse in fauorem; non
vero extendenda sunt, ad ea negotia, quae priuilegio non
continentur; sed solummodo ad ea, quae illud compre-
hendit et loquitur. De principe quidem multi dubitant,
quos LEYSERVUS recensuit b); sed perperam! Forum
enim

enim administrationis est species fori contractus. Si Princeps cum aliquo contrahit, non ut Princeps, sed ut priuatus consideratur; ubi vero eadem est ratio, ibi etiam eadem legis dispositio est.

- a) ARNOLD DE REYGER cod. vbi de ratiocin. num. XI,
in thesauro iuris, pag. 52. DE LEYSER in medit. ad π.
specim. LXX, med. 6, specim.
b) BRVNNEMANN ad L. I LXXXIII, med. 5, seqq.

§. VIII

NUM ET HERIDES RATIONES REDDERE DEBEANT?

Cognitum et compertum habemus; heredem succedere in defuncti iura et obligationes, tum actius, quum passiuas. Cum vero obligationes defuncti heres suscipere teneatur; sequitur: ut heres etiam obligationem rationum reddendarum subire debeat. Vnde fluit: quod ex administratione defuncti heredes conueniri queant a). Actio igitur contra heredes administratorum locum habet b); quia in heredium personis obligatio non mutatur c). Ergo non solum administratores, sed et eorum heredes, rationes reddere tenentur d). Hoc tamen notandum venit: ut si forte non unus, sed plures adsint administratores, tunc heredes hoc beneficium habent: ut prius alter administrator, quam heres gerentis conueniri debeat e). Visio haec sit: duo administratores, quibus commissa est administratio, inter se conueniunt, se velle vice versa administrationem gerere. Contingit: ut ille, qui hoc anno gessit administrationem, diem obeat supremum; illi autem, quorum res administratae sint, rationum redditio nem flagitant, tunc administrator simultaneus, ut hoc verbo

E 3

38 CAP. III DE IVDICE LEGITIMO IN CAUSSIS

verbo utar, prius conueniendus erit, quam heres defun-
cti administratoris.

a) D'E COCCII T. II cons. 590, n. 6, pag. 795, DE LYN-
KER de indiuiduitate cet. cap. II aph. 5 num. 58 p. 121 seq.

rations ciuitat. cap. V, num.

88, seq. BOHMER in iure
paroch. sect. VI § 8 seq. p. 379
seq.

c) arg. L. 2 et L. f. Cod.

b) FRID. GERDESIVS in de hered. tutor. MEVIVS P. 8,

consult. apud HERM. HEN. ENGELBRECHTV M in collect.

CTorum Gryphiswald. n. 52 seqq., cons. 9, n. 19.

cons. 98 n. 44, pag. 420. e) BE SOLD T. V cons.

STRYK de iure Principis circa 208. n. 19 p. 39.

§ X

RATIONES QVARE IVDICIVM DECLINARI QVEAT
SVPEDITANTVR?

Quandoque caussae nomen dant foro (cap. I § IIII
et cap. III § VI). Non omnes vero cauillae eiusdem con-
ditionis sunt; sed interdum altera prae altera maiorem at-
tentionem meretur (cap. I § VII), vt administrationum.
Reliqua. Rationes vero, ob quas quis forum declinare
potest, diuidimus in externas, atque internas. Externae
sunt: quae aliunde, non e re ipsa proueniunt; internae
vero, quae rei intuitu proueniunt.

§ XI

CAUSSAE EXTERNAE RECENSENTVR.

Ratio externa, ob quam quis iudicium ordinarium
declinare queat, in eo sita est: vt nempe, dum quis ad-
ministrationem suscipit, eo ipso se etiam submittat eius-
dem foro. Cum vero quis se submittit foro administra-
tionis,

tionis, eo ipso etiam actu quasi contrahit, atque adstringitur: ad rationes tum reddendas in hoc foro, tum de diligentia debita non exhibita respondere. Ex quasi vero contractu item quilibet obligatus est, ut ex vero contractu, dum quasi contractus obligationem similiter producit; licet sine consensu vero. Vnde euidenter appetat: administratorem ob quasi contractum obligatum esse ad agnoscendum forum administrationis. Forum igitur ordinarium ea re declinari potest et debet; nisi in hoc administratio gesta sit.

§ XII

CAVSSAE INTERNAE IN MEDIUM PROFERVNTVR.

A rationibus externis ordo me ducit ad rationes internas, quae e re ipsa eiusque intuitu proueniunt (cap. III § X). Haec potissimum fluunt ex administratione, eiusque indole. In praecedentibus satis demonstratum esse credo: administrationem rem magni momenti esse (cap. I § VIII), dum ea, quae sub administratione existunt, tanti ponderis sint, ut exinde speciale forum nata sint. Nec ignotum est, constat quoque ex legibus a): quod apud eum judicem, cuius auctoritate inuenta-rium confectum est, melior instructio, nota testimonia et verissima documenta sint, quam apud eum, penes quem res in cognitione non versatur. Quapropter, si in administratorem alio in loco lis inferri deberet, quam in eo, sub quo administrationem gessit, tunc illi daretur causae cognitio, quae eum desiceret, eamque ob causam iure procedere non posset. Hinc quilibet administrator rationes in foro gestae administrationis reddere tenetur b) et dum ibi cum eo putantur, forum ordinarium declinatur.

a) l. I

40 CAP. III DE IVDICE LEGITIMO IN CAVSSIS

- a) 1. I allegata.
b) ZAHN in polit. munic. L. 2 cap. 46, n. 22 et 23, ME-
VIVS P. V, dec. 289, n. 1 et
P. II, dec. 123, P. III, dec.
246, HEESER de rat. red. lo-
cos n. 2 sqq. BOEHMER in iu-
re paroch. test. VI cap. III
§ XVII p. 385 seq. RICHTER
in decis. 13, n. 21, CHR. HEN.
DE BERGER in decis. 276,
10. HEN. DE BERGER P. 1,
resp. 143, STRYKII introd. ad
praxin forensem, c. 5, § 19.
DE BERGER in oecon. iuris
L. 4 tit. 4, th. 3, n. 10.

§ XIII

NVM CORAM CONSTITVENTE IVDICE SVPERIORE,
AN EO, SVB QVO RES ADMINISTRANDAE EXI-
STVNT, REDDENDAE SINT RATIONES?

In quaestione autem versatur: vtrum administrator a iudice superiore constitutus ob negligentiam iudicis inferioris, in caussa administrationis iudicio inferiori subiecta, rationes reddere teneatur ei, a quo constitutus est, vel ei, sub quo caussa administrationis existit? Ut autem res clarior euadat, fac esse duo fora, inferius videlicet et superius, vni eidemque Principi obnoxia. Inferius gaudet facultate constituendi administratorem; sed index inferior negligens est in eo ordinando. Hoc facto, illi quarum interest, adeunt iudicium superius, atque administratoris constitutionem ab eo petunt. Hoc confessim eum designat. Nunc quaeritur: cuinam reddendae sint rationes? Respondeo: superiori constituenti; quod in primis eo argumento confirmari potest, quilibet administrator rationes reddere tenetur, et ab eo ad eas edendas iure adstringi potest. Cum vero administrator a superiore iudice sit, sequitur, vt eidem quoque rationes reddere debeat a). Sententia sequens iurisconsultorum Lipsiensium hanc veritatem patefaciet atque illustrabit. Verba sunt:

funt: Ob nun wohl angeführt werden möchte, dass die Marschallische Tochter sich jezo in Merseburg aufhält, und allda ihre forum hat, und der pfleghbefohlenen meiste capitalia in dem Herzogtum Magdeburg ausgelehnet stehen; dieweil aber dennoch seiner pfleghbefohlnen Vater zu Sachsen-Weisenfels sein domicilium gehabt, folglich dessen Tochter nirgend anders, als von der Fürstlichen Regierung zu besagtem Weisenfels ein Vormund constituitur werden möge, und der Aufenthalt der Marschallischen Tochter zu Merseburg pro mutatione domicilii keinesweges zu achten. *Im übrigen aber die vormundschaft und ablegung der rechnung, allwo die constitution derer tutorum legitime erfolget, regulariter geschehen muss; so ist derselbe die rechnung wegen geführter vormundschaft zu Weisenfels abzulegen schuldig,* teste DE BERGER b).

a) DE LEYSER in medit. ad supplem. § XIII ad obs. 9.
n. spec. LXXIII, med. VIII. P. 75, 1709, 4.

b) In electis disc. for. P. 2,

CAPVT IIII
ARGVMENTA IN CONTRARIUM
EXPOVNVTVR ET REFELLVNTVR.

§ I

Probatum esse argumentum huius commentationis mihi quidem videtur; sed restat adhuc, ut ponderemus atque examinemus sententias eorum, qui iurisdictionem ordinariam per exceptionem fori administrationis declinari non posse existimant.

F

§ II

§ II

RECENSENTVR SENTENTIAE DOCTORVM.

Vt ordine procedam, distinguendas omnino esse sententias doctorum diuersa tradentium puto. Sunt enim, qui existimant: auctorem reo litem dictam intendere posse in foro domicilii a). Sunt et alii, qui hoc quidem de administratione concedunt; attamen in ea opinione sunt, ac si reus in caussa alia speciali posset declinare forum.

a) MVNNOZ AB ESCOBAR de ration. administrat. cap. 7 n. 6 sqq.

§ III

Priorum argumenta eo redeunt: forum administrationis inquiunt esse speciem fori contractus; in hoc autem neminem stare teneri; nisi praesens sit; in auctoris igitur arbitrio positum esse; vtrum reum in foro contractus, an domicilii conuenire velit a). Verum enim vero repetendo ea, quae iam in antecedentibus dicta sunt, respondeo: administratio nostra est speciale forum, ob caussam administrationis ipsam. Haec causa maiorem attentionem meretur, quam alia, atque in primis, cum in foro administrationis nota sunt testimonia, sufficiens instructio, et verissima documenta, ideoque leges ciuiles illud constituerunt iudicium, vt rationes in eo reddantur.

a) BRUNNEMANN in comment. ad L. heres 19 n. 6, ad L. V, Tit. 1 de p. 260.

§ III

S IIII officiis ob amio et ius
- 190 multo inq. et ratis idem. opere non so etia. rati
VBINAM RATIONES SINT IVSTIFICANDAE?

Haec sufficient de foro administrationis. Nunc adhuc dispiciendum erit, num in foro administrationis, an in foro domicilii rationes confecae iustificandae sint a)? Prius cum aliis b) affirmo; distinguendo tamen; inter administratorem confirmatum a iudice domicili, atque inter eum, qui ab alio iudicio est datus; v. gr. si vasallus de duobus feudis per duos dominos diuerlos inuestitus est, et quisque dominorum feudi rationem habens pupillo tutorem dedit; sin hoc, tunc rationes reddendae et iustificandae erunt in foro administrationis, neutquam in foro domicilii. Sin posterius deprehenditur, rationes cum administratore in foro domicilii purari et iustificari debent.

a) Perill. L. B. DE CRAMER T. III obs. 968 p. 724. MARTINI in comment. for. XI § 2, n. 32, DE LYNEKER de individuitate, cap. II sect. 468, BOEHMER T. I P. II cons. III aph. I num. 12 p. 106.

§ V
VERITAS DICTORVM VLTERIVS PROBATVR.

Haec noua non sunt, sed a viris inclitis decisa existunt, vti sequentia verba testantur: Beklagter beschweret sich darüber, daß der Richter zu Bochum ganz incompetent sey. Allein dieses Vorgeben von der incompetentia fori fällt hinweg, in Erwägung: daß Beklagter, besagte beygelegter Quittung, die Gelder als Bevollmächtigter und bestellter administrator der Kumpfstoßischen Erben in Bochum eingehoben; folglich darfst tanquam in foro contractus und administrationis allerdings stehen, und von besagten Geldern Rechenschaft geben muß,

welches forum administrationis und rationum reddendarum durch kein ius de non euocando, oder anderes priuilegium personae gehoben wird cet. a)

a) teste LEYSERO in medit. ad Pandectas med. s, spec. 73 vol. II.
 b) Et PAVLVS ICtus ait: tutores, qui in aliquo loco administraverunt, eodem loco et defendi debent c).
§ VI
 NEC ACTOR ALIVD IUDICIVM ELIGERE POTEST.

Certum igitur est: reum forum administrationis declinare non posse. Quod autem actorem attinet, ille secundum regulam sequi debet forum rei. Ergo actor cum reo in eo loco, vbi administrationem gessit, iure contendere debet a). Leges enim expresse hoc constituerunt: ut ille, qui aliena negotia, sive ex tutela, sive ex quoconque alio titulo administravit, vbi haec gessit, rationem reddere debeat b). Et PAVLVS ICtus ait: tutores, qui in aliquo loco administraverunt, eodem loco et defendi debent c). Dicunt quidem dissentientes, in legibus nihil dictum esse actoris caussa; sed de reo solummodo d)); at legis dispositio generalis, eaque de caussa facta est, quoniam in foro administrationis instructio adeit sufficiens. Finge igitur: actorem rem in forum domicilii deferre velle; at quomodo ibidem cognosceretur diligenter praestita absque documentis necessariis? Hoc insigne impedimentum iam vidit M V N O Z d); sed illud de medio non removit. Quapropter existimo: reum forum domicilii ob administrationem ab alio iudice ei traditam exceptione fori incompetenti opposita declinare posse.

a) Perill. L. B. DE CRAMER in laudata obs. 968 p. 724, T. III, MARTINI in memorato comment. forens. tit. XI, § 2, n. 32, BOEHMER T. I p. II, cons. 96, n. 8, DE WERNHER P. X obs. 468.

b) L. I C. vbi de ratiocin. c) L. 54 § 1^o de procurat. L. 45^o de iudic. L. 36 § 1 eod. L. 19 § 1 eod. d) BRVNNEMANN in comment. ad Pandect. L. V tit. I de iudic. ad L. heres 19, n. 9, p. 262.

§ VII

§ VII

NVM OB EA, QVAE HOMINI ACCIDVNT, FORVM ADMI-
NISTRATIONIS DECLINARI POSSIT?

Sunt quidem a), qui alias species in medium proferunt, ad statu-
biliendam sententiam contrariam; videlicet Bohemus quidam
geslit turelam Pragae; at propriet religionem electus, Misniae sibi
constituit domicilium. Pupilli nihil feciis eum ad rationes red-
dendas adegerunt. Verum enim vero haec visio mihi non obest,
sed sententiam meam potius confirmat. Nonne ex his liquet: Bo-
hemum illum forum administrationis subiisse? Esto: reum ipsum
casu impediri: ne indicio adesse possit; hoc nihil refert; consti-
tuat modo procuratorem, qui res suas agat! Iudicium igitur ob-
casum fortuitum detectari nequit.

a) BRYNNEMANN in comment. clclocxxlii, fol. IO. FRID.
ad L. V tit. 1 de iudicis, n. 8, p. 262 RHETIVS de ciuitatisibus, cap. II
STRYK de iure blanditiarum cap. II § 32 p. 153 Vol. III oper. STRYK.
n. 86 p. 176 vol. II oper. Francofurti ibid. clclocxxlvii fol.

§ VIII

NVM IN RECONVENTIONE FORVM ADMINISTRATIONIS
DECLINARI POSSIT?

Leuissima adhuc restat quaestio: utrum in causa prorogatae
iurisdictionis necessariae forum administrationis declinari possit?
Prorogatur autem iurisdiction per reconventionem, quae est actio
a reo conuento coram eodem iudice contra actorem instituta.
Haec reconventione pertractatur modo simultaneo processu, modo
lite finita admittitur. Nititur illa aequitate. Nam, qui iudicem
agnouit pro se, eum etiam contra se agnoscere debet. Quam ob-
rem actor illud iudicium prorogatum declinare nequit.

§ VIII

46 CAP. III ARGUMENTA IN CONTRARIUM CET.

S. VIII

EXPLICATIO ULTERIOR.

Reconuentio igitur omnino locum habet; hac tamen lege, dummodo caussae controversiae eidem iudicio subiectae sint. Ergo hoc non conceditur: si quis alterum coram iudicio, in quo caussa civilis pendet, criminis cuiusdam vice reconuentonis accusare velleret. Caussa enim administrationis est caussa civilis, quae ad iudicium criminale non pertinet.

S. X

CONCLUSIO DISSERTATIONIS.

Exposita pro viribus ingenii doctrina de foro administratio-
nis, eius indole atque administratore forum ordinarium decli-
nante; multa quidem in hac commentatione desiderabis B. Lector!
quae accuratius elaborari potuissent; sed haec alii, qui ma-
tore pollut eruditione, relinquo.

S. XI

ATMINTSARTATIONIS



S. XII

Ke 95



BL





B.I.G.

Black

Farbkarte #13

White

3/Color

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



2

DISSERTATIO IURIDICA INAVGVRALIS
DE
**FORO ADMINISTRATIONIS
ET QVATENVS ADMINISTRATOR
FORVM ORDINARIVM DECLINARE QVEAT**
QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPTE
AC DOMINO
DOMINO FRIDERICO II
HASSIAE LANDGRAVIO REGNANTE PRINCIPTE
HERSFELDIAE, COMITE CATTIMELIBOCI, DEICAE,
ZIEGENHAYNAE, NIDDAE, SCHAVMBVRGI
ET HANOVIAE RELIQA
IN VNIVERSITATE LITTERARIA MARBVRGENSI
AVCTORITATE ET CONSENSU
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
PRO GRADV DOCTORIS
ET SVMMSOS IN VTROQVE IVRE HONORES
RITE CONSEQVENDI
DIE V MENSIS MAII A. R. S. CICLOCCCLXVIII
PVBLICE ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
DIDERICVS SCHVMACHER
BREMA SAXO.
MARBVRGI CATTORVM
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA MÜLLERIANA.